



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 51. Cardinalis Borromæi epistola ad utrumque Hispaniæ Nuntium circa  
hanc confirmationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

„præsumperit, indignationem omni- Sæcul. XVI.  
„potentis Dei, ac beatorum Petri, & A.C. 1564.  
„Pauli Apostolorum ejus, se noverit in-  
„cursurum.

„Datum Romæ apud S. Petrum  
„Anno incarnationis Dominicæ Millesimo,  
„Quingentesimo, Sexagesimo Quar-  
„to, vigesima sexta Januarii: Ponti-  
„ficatus nostri anno quinto.,,

„Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ  
„Episcopus.

In fine hujus Bullæ viginti sex Car-  
dinales, qui tum Romæ agebant, sub-  
scripti reperiuntur.

### §. LI.

#### *Cardinalis Borromæi epistola ad u- trumque Hispaniæ Nuntium circa hanc confirmationem.*

Postea Pontificis cura eo abibat, ut *Pallav. hisp.*  
hoc diploma ad omnes Princi- Conc. Trid.  
pes Catholicos transmitteretur, Bor- I. 24. c. 9.  
romæus vero Cardinalis novam hanc  
rem ad utrumque Hispaniæ Nuntium  
perscripsit, hæc subjungens, „jam im-  
„primendis Synodi decretis incumbi-  
„tur, ut ea exacte elaborata ad omnes  
„Provincias mitti possent: Pontifex eam,  
„ob rem Nuntios ad omnes Principes ab-  
„legare statuit, qui eos hortentur, ut  
Q 4                    „exe-

**Sæcul.XVI.** „exeundis omnibus in Synodo de  
A.C. 1564. „cretis manum admovere vellent, &  
„quamvis circa hoc nil certi adhuc st-  
„tutum sit, nihilominus jam operam  
„navat Pontifex, omnemque suam fo-  
„licitudinem impendit, ut firmam Curia  
„Romanæ emendationem, quæ etian  
„ceteris exemplo esset, procurare valeat

## §. LII.

*Tempus, quo Synodi decreta obliga-  
re incipient, a Papa indictum.*

**C**um de tempore, a quo hæc de-  
cta servandi lex inciperet, dubi-  
taretur, Pontifex hanc difficultatem fu-  
laturus diploma edidit hujus tenoris:  
„Etsi ipsius Concilii decreta, etiam de  
„venerabilium fratrum nostrorum S.Ro-  
„manæ Ecclesiæ Cardinalium consilio,  
„& assensu, in Consistorio nostro secre-  
„to confirmata a nobis fuerint subfi-  
„nem mensis Januarii, & ab eo etiam  
„tempore apud hanc sanctam Sedem  
„observari coeperint: quia tamen non  
„parum temporis in eis Romæ diligen-  
„ter, emendateque imprimendis necel-  
„fario consumptum fuit, & jure etiam  
„communi sancitum est, ut Constitutio-  
„nes novæ vim nonnis post certum  
„tempus obtineant, æquum nobis, &  
„justum visum est, prædicta Decreta o-  
„mnia ad dictam reformationem, jus-  
„que